



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 47. Hujus Conventus Decretum pro Catholicis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

**Sæcul. XVI.** multis omnino diebus, præcipue de  
**A.C. 1526.** Evcharistiae Sacramento.

Celeber iste Doctor suam disputationem ad septem revocavit propositiones, quæ erant sequentes:

I. *Verum Christi Corpus, ejusque sanguis præsentia sunt in Sacramento Altaris.*

II. *Eadem & vere offeruntur in Sacrificio Missæ pro vivis, & defunctis.*

III. *Virgo Maria, aliique Sancti Catholicæ invocandi sunt tanquam intercessores.*

IV. *Domini nostri Iesu Christi, ejusque Sanctorum imagines delendæ non sunt.*

V. *Post hanc vitam purgatorius est ignis.*

VI. *Pueruli etiam Christianorum in peccato originali nascuntur.*

VII. *Baptismus Christi, non Joannis, tollit originale peccatum.*

### §. XLVII.

#### *Hujus Conventus Decretum pro Catholicis.*

**H**arum propositionum veritatem Eckius solidis adeo argumentis comprobabat, ut congregati adversus Lutheri, & Zwinglii doctrinam decretum ederent, quo interdictum, ne ulla fieret immutatio in Sacrificio Altaris, Sacramentorum

**Cochl. I. cit.  
pag. 153.**

rum administratione, cæremoniis, aliis- Sæcul. XVI.  
que Ecclesiæ ritibus: Insuper fuit san- A.C. 1526.  
citum, in quovis Pago nonnullos esse  
constituendos, qui unacum Magistrati-  
bus, publicisque Curiæ Ministris cum  
omni cura & sollicitudine invigilent, ut  
quævis immutatio impediretur, trans-  
gressores vero denunciarentur, ac puni-  
rentur. Nihilominus contra septem il-  
las Eckii propositiones Zwinglius, qui  
disputationi interesse non audebat, li-  
bellum vulgavit; ex adverso autem Jo-  
annes Faber ingentem edidit numerum  
antilogiarum, quas ex Zwinglii ac Lu-  
theri doctrina depromperat; pari etiam  
Religionis studio Murnerus utriusque  
hæresiarchæ crimina, ac sacrilegia de-  
texit. Idem quoque Faber Oecolampa-  
di libros castigavit, atque ex illis plus-  
quam centum quinquaginta recensuit  
mendacia.

### §. XLVIII.

#### *Conditiones pro libertate Galliarum Regis Carolo oblatæ.*

Interea Joannes Selva primus Parisien-  
sis Senatus Præses, & Montmoren- Memoir. hi-  
tius Dux nomine Galliarum Regis cum floirq. & po-  
Cattinnario & Antonio de Palmos Cæ- litiq. de la  
faris Oratoribus affidua Madriti habe- Maison d'  
bant colloquia, in quibus de libertate autricketom.  
I. p. 226.